



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Die X. Decembris. Festum Translationis Almæ Domûs
B.M.V.**

Paderborn, [1803]

Ad Laudes, et per Horas Antiph.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60389](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60389)

℞. Beata es virgo Maria, Dei Genitrix,
quæ credidisti Domino; perfecta sunt
in te, quæ dicta sunt tibi: ecce ex-
altata es super choros Angelorum: * In-
tercede pro nobis ad Dominum Deum
nostrum. √. Ave Maria, gratia plena:
Dominus tecum. Intercede. Gloria
Patri. Intercede.

Lectio IX Ex Homil. 3. super eod. loco.

Et ingressus Angelus ad eam, dixit:
Ave gratia plena: Dominus tecum.
Quò ingressus ad eam? Puto in Sa-
crarium pudici cubiculi, ubi illa for-
tassis clauso super se ostio orabat Pa-
trem in abscondito. Solent Angeli ad-
stare orantibus, et delectari in his,
quos vident levare puras manus in
oratione, Holocaustum sanctæ devotio-
nis gaudent se offerre Deo in odo-
rem suavitatis; Mariæ autem orationes
quantum placuerint in conspectu Al-
tissimi, Angelus indicavit, qui ingres-
sus ad eam tam reverenter salutavit.
Te Deum laudamus.

AD LAUDES, et per Horas. Antiph.

Domum tuam, Domine, decet sanc-
titude in longitudinem dierum.
Psalm. Dominus regnavit, cum re-
liq. de Dom. — Ant. Domus mea

domus orationis vocabitur: in ea omnis, qui petit, accipit; et qui quærit, invenit; et pulsanti aperietur. — Ant. Propter Domum Domini Dei nostri, quæsi bona tibi. — Ant. Domine Deus exaltâsti super terram habitationem meam. — Ant. Domum majestatis meæ, et locum pedum meorum glorificabo.

Capit. In omnibus requiem quæsi, ut supra in 1. Vesp.

Hymn. Alto ex Olympi. ut in Laud. Dedic. Eccl. V. Introibimus in tabernaculum ejus, R. Adorabimus in loco, ubi steterunt pedes ejus.

Ad Bened. Ant. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, et habitabit cum eis, et ipsi populus ejus erunt, et ipse Deus cum eis erit eorum Deus.

Oratio. Deus qui beatæ. ut supra in 1. Vesp.

Ad Primam in R. br. y Qui natus es.

Ad Tertiam Ant. Domus mea.

Capit. In omnibus requiem. ut supra.

R. br. Hic Domus Dei est, * Et porta cœli. Hic Domus. V. Et vocatur Aula Dei. Et porta Gloria Patri. Hic Domus V. Domine, dilexi decorem Domus tuæ. R. Et locum habitationis gloriæ tuæ.

Ad Sextam Ant. Propter Domum Dom.

Capitulum. Eccli. 24. b.

Et sic in Sion firmata sum, et in civitate sanctificata similiter requievi, et in Jerusalem potestas mea, et radicavi in populo honorificato, et in parte Dei mei hæreditas illius, et in plenitudine sanctorum detentio mea. *R. br.* Domine, * Dilexi decorem Domûs tuæ. Domine. *ŷ* Et locum habitationis gloriæ tuæ. Dilexi. Gloria Patri. Domine *ŷ*. Domum tuam Domine decet sanctitudo. *R.* In longitudinem dierum.


Ad Nonam. Ant. Domum majestatis meæ.

Capit. Eccli. 24. b.

In plateis sicut cinnamomum et balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris. *R. br.* Domum tuam Domine, * Decet sanctitudo. Domum. *ŷ*. In longitudinem dierum. Decet sanctitudo. Gloria Patri. Domum tuam. *ŷ*. Hic Domus Dei est, et porta Cœli. *R.* Et vocabitur Aula Dei.

In 2. Vesp. omnia, ut in 1., præter Ant. ad Magn. O quam metuendus est locus iste! Vere non est hic aliud, nisi Domus Dei, et porta Cœli.

Paderborn. Typis J. W. Junfermann.



S

de
la
ut

pr

D

Sa
co
ex
pi
m

IN
IN

pa
Se
à
ta
re